

raverunt et his regnantibus annus unus completus est.  
 senatores et regnantibus his completus est unus annus.  
*i senatori e regnando essi si compì un anno.*

**III. Postea Numa Pompilius rex creatus est, qui bellum quidem**  
 Postea creatus est rex Numa Pompilius, qui quidem gessit  
*Poi fu eletto re Numa Pompilio, che pur non fece*

**nullum gessit, sed non minus civitati quam Romulus profuit. Nam**  
 nullum bellum, sed civitati profuit non minus quam Romulus. Nam  
*alcuna guerra, ma alla città giovò non meno di Romolo. Giacchè*

**et leges Romanis moresque constituit, qui consuetudine proeliorum**  
 constituit et leges et mores Romanis, qui consuetudine proeliorum  
*diede e leggi e costumanze ai Romani, che per le consuetudini guerriere*

**iam latrones ac semibarbari putabantur, et annum descriptis in**  
 iam putabantur latrones ac semibarbari, et descriptis annum in  
*prima passavano per ladroni e semibarbari, e divise l'anno in*

**decem menses prius sine aliqua supputatione confusum, et infinita**  
 decem menses, prius confusum sine aliqua supputatione, et Romae  
*dieci mesi, prima confuso senza alcun calcolo, e a Roma*

**Romae sacra ac templa constituit. Morbo decessit quadragesimo et**  
 constituit infinita sacra ac templa. Decessit morbo anno quadragesimo  
*diede infinite ceremonie e templi. Morì di malattia l'anno quarantesimo*

**tertio imperii anno.**

et tertio imperii.  
*terzo di regno.*

**IV. Huic successit Tullus Hostilius. Hic bella reparavit,**  
 Huic successit Tullus Hostilius. Hic reparavit bella, vicit  
*Gli successe Tullo Ostilio. Questi rinnovò le guerre, vinse*

**Albanos vicit, qui ab urbe Roma duodecimo miliario sunt,**  
 Albanos, qui sunt duodecimo miliario ab urbe Roma, superavit  
*gli Albani, che sono a dodici miglia da Roma, sopraffec*

**Veientes et Fidenates, quorum alii sexto miliario absunt ab urbe**  
 bello Veientes et Fidenates, quorum alii absunt ab urbe Roma  
*con l'armi i Veienti e i Fidenati, di cui gli uni distano da Roma*